



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

19. Quo tempore foetus animatur, ita vut, qui de illo abortum facit incurrat excommunicationem, & irregularitatem? Ex p. 7. tr. 5. resol. 6.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

dicatur procurator abortus. Sexto excusatur mulier, quæ alias experta se passam esse abortum grave aliquod onus portando, vel scalas conscendendo, illud deferret, aut scalas conscendit, sed tamen præter intentionem faciendi abortum. Et ratio est, quia non dicitur dedit opera, & studiosè illum procurasse. Quod verum est etiam si casu contingeret, ut ea ob id abortum pateretur.

2. Unde ex his ego olim consului non incidisse in casum reservatum medicum eum, qui medicinam ordinaverit ad abortum tendentem, ut ea Ceiræ gravidæ porrigeretur, & ea per aromatarij, aut ancillæ imprudentiam fuit porrecta Semproniz item gravidæ. Et ratio est, quia abortus iste casualis est, proindeque nec medico imputandus.

3. Non desinam tamen ponere hic ea, quæ docet Molina de *Iustit. tom. 4. tract. 3. diff. 5. n. 6.* ubi sic ait: Ex his facile intelligitur, quid dicendum sit ad eventum illum, quo quis prægnantem percutit; aut metum illi incutit, estque in causa, ut abortus sequatur, num scilicet, si fetus animatus jam erat rationalis anima, dicendum sit homicidium voluntarium, an casualis? Cajetanus 2. 2. q. 64. art. 8. ad 2. ait, si percussio aut metus talis fuit, ex quibus non raro, sed frequenter sequi solet abortus; & percutiens, aut incutiens metum, non ignorabat mulierem esse prægnantem: esse homicidium voluntarium, esto percutiens id homicidium non intenderet. Navarrus verò ubi *suprà* id negat, asserens esse casuale. Dicendum verò sic est. Nisi, juxta regulam à nobis propositam, percussio, aut incussio metus, tam patens, ac manifesta sit causa abortus comparatione percutiens, aut incutiens metum, dum ita percussit, aut metum incussit, ut prudentis arbitrio percutiens, aut eum metum incutiens, censetur ac si abortum intenderet, homicidium non esse voluntarium, sed casuale, esto percutiens aut incutiens metum, attenderit, mulierem esse prægnantem: eaque de causa regulariter, quando abortus evenit præter spem ejus, qui percussit, aut metum incussit, homicidium erit casuale. At verò quando percussio, aut incussio metus, esset tam manifesta causa abortus, ut arbitrio prudentis percutiens, aut metum incutiens, reputaretur ac si abortum intenderet, homicidium esse voluntarium, esto percutiens, aut incutiens talem metum, abortum non intenderit. Hoc modo esset homicidium voluntarium ob abortum subsequutum, qui ira in prægnantem percussit, ita illam percuteret, ut probabiliter timendus esset abortus, esto non intenderit abortum, sed satiare vindictæ appetitum. Hic enim perinde se haberet, ac ille, qui ex proposito intenderet graviter vulnerare, ita ut inde sequi verisimiliter posset mors, non intendendo eo modo vulnerati mortem, sed solum acrem vindictam, ex qua facile poterat sequi mors, de hoc enim, subsequuta ex eo vulnere morte, nullus sanæ mentis diceret, esse homicidium casuale, sed diceret esse voluntarium. Ita ille.

RESOL. XVIII.

An qui procuravit abortum ante animationem, incidat in excommunicationem, & irregularitatem?
Idem dicendum est de præbentibus opus, consilium, &c. Ex p. 7. tract. 5. Res. 8.

Respondeo affirmativè ex Bulla Sixti V. sed hoc dicente Bulla Greg. XIV. negativa sententia tenenda est; & idem Machadus de *pers. Conf. to. 1. lib. 2. p. 3. tract. 17. docum. 9. n. 1. & 2.* sic ait: Se ha de advertir, que Sixto V. por una constitucion especial dispuso, que todas las personas, que por si ó per otros cooperando con ayuda, consejo, ó de qualquiera otra manera

Tom. V.

fuesen causa de algun aborto: ora la criatura este animada à nã: incurta en las penas, que ambo Desechos imponen à los homicidas; y assi mismo imponen de comunion mayor, ipso facto incurrenda contra los tales, y reservada à la Sede Apostolica su absolucion. Y que si fueren Clerigos, ipso facto, queden privados del oficio, beneficio; ó dignidad Ecclesiastica que tuvieren, è inhabiles para tenerlas; despues, y si fueren seculares, queden inhabiles para Orden sacro, y todo lo demas que queda dicho.

2. Despues Gregorio XIV. por otra especial constitucion moderò la de Sixto V. particularmente en dos casos. Lo primero, es quanto à lo que por Sixto V. se avia dispuesto, de que incurriessse en las penas referidas, aunque la criatura no estuviessse animada, ó quando se diessse solamente bebida, ó otro remedio para no concebir, ó hazerse esteril la muger; cuyas penas dexa à la disposicion de los sagrados Canones, y Concilio Tridentino. Ita ille, cui adde Villalobos in *sum. tom. 1. tract. 12. diff. 1. n. 2. & Bordonum in Consil. Regul. resol. 45. n. 1.*

3. Hoc Villalobos in *sum. tom. 2. tract. 12. diff. 1. n. 3.* sic ait: Conforme à esto, el que el dia de oy procurasse abort, no estando la criatura animada, o diessse veneno de esterilidad, ó remedio, para no concebir, no quedaria descomulgado ni irregular. Igitur licet abortus fetus inanimati sub excommunicatione interdictus esset in Bulla Sixti V. nihilominus illa Bulla hac in parte abrogata est, & ad terminos juris communis, factorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem redacta fuit per subsequentem Gregor XIV. Constitutionem. Propterea abortus fetus inanimis hoc tempore sub excommunicatione vetitus non est. Et ita etiam observat Mazuchellus *tract. de cas. reserv. disp. 2. c. 3. diff. 1. n. 2.* quod etiam dicendum est de præbentibus opus, consilium, &c.

RESOL. XIX.

Quo tempore factus animatur, ita ut, qui de illo abortum facium, incurram excommunicationem, & irregularitatem? Ex p. 7. tract. 5. Res. 6.

§. 1. AD hanc questionem sic responder Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 10. n. 65.* Petes, quando proles animatur anima rationali: Resp. Covarr. putat mares animari die 40. à conceptu, foeminas 80. & ita communiter sentire DD. Sed nulla videtur ratio, quæ tanta sit discrepantia inter matrem ac foeminam. Itaque verius est utrumque foetum animari simul atque fuerit formatus. Nam *Exodi 21.* juxta versionem 70. dicitur: Qui percusserit mulierem prægnantem, & illa abortum fecerit, si fetus erat formatus, dabit animam pro anima, si nondum erat formatus multabitur pecunia, ubi aperte insinuat foetum habere animam, simul ac formatus fuerit. Idem docent Medici. Quotum autem die formatio absolvetur, docet Lævinus Lempius *cap. 3.* citans Hippocratem *l. de natura fetus, matris formationem* absolui aliquando die 30 aliquando 35 aliquando 40 aliquando 45. foemina verò, nunc 35, nunc 40, nunc 45, nunc 50. Verum Hippocrates id non docet: nam *lib. de natura fetus n. 10.* docet masculum, ut longissimè triginta diebus formati; foeminam ut longissimè, 42. diebus, idque duobus locis eod. lib. repetit, & probat ex purgatione, quæ post masculi partum durat diebus 30. post foeminae 42. ut diutissimè. Hucusque Lessius.

2. Non deferam etiam hic apponere verba Mazuch. *tract. de cas. reserv. disp. 2. c. 3. diff. 1. n. 5.* sic asserentis: Ego tamen verius existimo, utrumque foetum animari simul atque formatus est: sic enim *Exodi 21.* juxta

Bb 2

versio

versionem 70. dicitur, (qui percusserit mulierem
prægnantem, & illa abortum fecerit, si fetus erat for-
matus, debet animam pro anima: si nondum erat for-
matus mulcabitur pecunia.) Quibus verbis aperte in-
finitur fecum habere animam simulatque fuerit for-
matus, idemque Medici ipsi docent. Formatio vero
fetus ex Hippocrate *lib. de natura fetus*, in maribus
absoluitur aliquando die 30. aliquando 35, aliquando
40. aliquando 45. Formatio vero femine absoluitur
aliquando 35, aliquando 40. aliquando 45. & aliquan-
do 50. Ratio autem cur fetus non formetur eodem
tempore in omnibus provenit ex caliditate, vel frigi-
ditate matris. Ita Mazuchellus.

3. Sed cum Aristoteles lib. 7. de Animal. c. 3. Plinius lib. 7. c. 6. & alijs docent mares animati de 40. a conceptu, feminas vero de 80. & aliquando 90. Existimo non esse recedendum ab hac opinione, cum magis fa-
veat penitentiis. Et ideo illam docet Layman lib. 3. tract. 3. p. 3. c. n. 3. Marchinus de Sacram. Ordinis tr. 1. p. 9. c. 3. n. 7. Trullench in Decal. tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 4. n. 2. Molina de Iust. tom. 3. tract. 3. disp. 7. n. 1. Megala in Prompt. tom. 1. ver. Abortus. n. 1. Coriolanus de caf. reserv. p. 2. caf. 6. n. 4. Quaranta in sum. Bull. ver. Abortus. n. 5. Scottia in Bullis Pontific. Theorem. 376. & Naldus in sum. ver. Abortus. 3. ubi sic ait: Abortum post 40 dies in masculo in femina post 80. animatum esse anima rationali. tradunt omnes. In dubio autem, id est, non confitio, sit ne masculus, an femina, tunc censetur esse masculus, & ficanimatus anima rationali; & ita servat sacra Penitentiaria. Ita ille, cui ad Machadum de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 2. par. 3. tract. 17. docum. 8. num. 2. & Bordonum, in Confil. Regul. tom. 1. resol. 45. q. 2. num. 2.

4. Non desinam tamen hic adnotare quod recentissimè Thom. Fienus lib. de vi fornicarie factus, edito an. 1609. G. concl. 1. putat animari factum anima rationali tertia ad summum diè à feminis conceptione, suamque sententiam plurimis probat argumentis. Sed nolo ingerere scrupulos; ideo à communi sententia non est recedendum: igitur qui ante quadraginta diès procuravit abortum, non est censendus irregularis, neque in pœnas Bullæ Sixti V. incurrere dicendum est, juxta Constitutionem Gregorij XIV. Et si dubitetur si masculus sit, vel femina, factum præsumendum est esse animatum post 40. diès.

RESOL. XX.

An qui facit abortum sit irregularis, si dubitat de animatione fetus? Ex p.4.tr.2.Res.16.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmativam sententiam docent communiter DD. quos citat, & sequitur Merolla in *disputat. Theolog. tom. 1. disput. 3. cap. 3. num. 2. 3. 7.* Sayrus libro 6. cap. 15. num. 9. Sotus in 4. diff. 25. §. 1. tr. 5. ex lata & subitoli doctrina Ref. Sanchez in *summa tom. 1. libro 1. cap. 10. numero 43.* quia in tali casu, qui praeiudicat causam abortus, est verif. Ex his dubius an sit homicida; ergo censendus est irregul. de lege comm. laris.

per tot. & non pignit. 2. Sed contrariam sententiam tenet doctus Ema-

per tot. & non pigebit. 2 Sed contrariam sententiam tenet doctus Emanuel de Moura *opuse. de enfal. & incarn. fel. 3. cap. 1. num. 27.* ubi fit cit: Non incurrit irregularitatem ille, qui cum certus sit inique se concurrisse ad abortum, dubitat verò an proles per abortum occisa fuerit jam animata anima rationali. Ita ille, & post illum novissimè docet hanc sententiam ex Theologis Societatis IESU Ioannes Præpositus insignis Theologus in *suis comment. ad 3. part. D. Thom. quest. 5. de irregular.*

dub. 8. num. 58. ubi fit assertit: Incurritur irregularitas si quis post factum & animationem procuret abortum; peti verò potest quid fit censendum, si dubitetur de animatione factus? Respondeo si adhibita diligentia verè remaneat dubium, non videri irregularem, quia nec est censendum irregularis ex eo quòd irregularitas homicidio sit appollita, cum dubitetur num hic & nunc cubissum fit homicidium, neque etiam ex eo quòd in dubio homicidij aliquis debeat se habere tanquam irregularem, quia si bene perpendatur jura id statuentia, advertetur ea non comprehendere præsentem casum, cum omnia supponant subiectum capax mortis: nam aguat, quando constat de morte alicui illata, & dubium est à quo ex variis concurrantibus sit illata, quo casu decernitur vice, de quibus dubitatur, habendos irregulares. In præsentem verò casu dubium versatur circa conditionem subiecti, an scilicet viveret necne; unde dispositio juris non intelligitur de nostro dubio, & proinde non satis constat an præsentem casu irregularitas jure sit illata, & per consequens non est dicenda incurri. Ita Præpositus, & hanc sententiam videtur approbare Gomez de delictis, cap. 3. in rubr. de homicidio, num. 3. in fine, & Baiardus in addit. ad Iul. Clar. quest. 68. numero 5. ubi tenent, quòd in dubio factus præsumi debet inanimatus: hæc opinio est probabilis, verum ne difcedas à prima opinione tanquam probabiliori, quam præter DD. citatos tenet Farinacius in fragment. crimin. part. 2. numero 444.

RESOL. XXI.

*An in dubio, an fetus sit animatus, quis censendus sit
irregularis?*

*Et quid est dicendum quoad alias pœnas annexas irregu-
laritati, qualis est privatio officij, & beneficij, & inabi-
lilitatis ad hæc duo? Ex p. 7. tr. 5. Ref. 24.*

§. 1. **A**D hoc dubium affirmativè respondet Iulius Achim. Brulius in *Reflex. de cal. reff. lib. 11. sect. 3. num. 86.* ubi sic ait: *per quod iudicandum est dubium fueritne fetus animatus an non, incidit in calum reservatum, & alia pœna, procurans vel confulens abortivum: Respondetur primò in foro civili, ubi de imponenda pœna agitur, debet interpretari fuisse in miorem partem, & iudicandum est non fuisse animatum, i. interpretari, qd. pœnis, ubi dicitur interpretatione legum pœna molliende sunt potius, quam asperande. Et hoc monitum secundum Iulium Capitolinum laudatus fuit Antonius Philosphus, cui mos erat, ut omnia crimina minori supplicio, quàm legibus plecti solent, puniret.*

2. Respondetur secundò in foro tamen necessitatis, talis debet se tenere tanquam homicidam, tanquam obnoxium reformationi, tanquam excommunicatum & irregularem, & ac proinde abstinere debet Ministerio altaris. Probatur ex celebri illa regula juris. *In dubiis tutor pars est eligenda quam tradunt Pontifices*, in cap. ad audientiam, cap. significasti, & 2. de homicid. cap. Iuvenis, de sponsal. Quam regulam male, si quidem volunt habere tantum locum in dubio facti, non verò in dubio juris. Basilus tamen Legion. l. 10. de matrim. cap. 16. cum Vasquez, & aliis, quos citat, probat ex rationis æqualitate, regulam illam esse intelligendam tam de dubio juris, quàm de dubio facti. Quidquid sit, hoc loco locum haberi; cum non sit dubium juris, sed facti. Huculque Braber cum DD. dubium juris, fed facti. Huculque Pontif. Theorem. quos citat, & sequitur Scotius, in Bulla Pontif. Theorem. 388. quam doctrinam ipse intelligit quantum ad ordi-